Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



CANTICA.

qui aurora pspicens. pulchra ut luna.
electa ut sol. terribilis ut castrorum acies
ordinata. Descendi in hortum nucum
ut viderem poma convallium. et inspi
cerem si floruissent vineæ. et germinasset
mala punica. Nescivi. anima mea
conturbavit me. propter quadrigas a
minadab. Revertere revertere sunamit
is. revertere revertere ut intueamur te.

Quid videbis in sunamite. VII.
Quam pulchri sunt gressus tui in cal
ceamentis filia principis. Iuncturæ fe
morum tuorum sicut monilia. quæ fa
bricata sunt manu artificis. Umbi
licus tuus crater tornatilis. nunquam
indigens poculis. Venter tuus sicut
acervus tritici vallatus lilijs. Duo
ubera tua sicut duo hinnuli gemel
li capreæ. Collum tuum sicut turris
eburnea. oculi tui sicut piscinæ in
esebon. quæ sunt in porta filiæ multi
tudinis. nasus tuus sicut turris
libani. quæ respicit contra damascum.
caput tuum ut carmelus. et come ca
pitis tui sicut purpura regis vincta
canalibus. Quam pulchra es et quam
decora carissima in deliciis. Statura
tua assimilata est palmæ. et ubera tua
botris. Dixi. Ascendam in palmam.
et apprehendam fructum eius. Et erunt
ubera tua sicut botri vineæ. et odoratus
tui sicut odores malorum. Guttur tu
um sicut vinum optimum. dignum
dilecto meo ad potandum. labiisque
et dentibus illius ruminandum. Ego di
lecto meo. et ad me conversio eius. Veni
dilecte mi. egrediamur in agrum. commo
remur in villis. mane surgamus
ad vineas. videamus si floruit vi
nea. si flores fructus parturiunt. si
floruerit mala punica. ibi dabo tibi
ubera mea. Mandragoræ dederunt
odorem in portis nostris. Omnia poma nova
et vetera dilecte mi servavi tibi.

Quis mihi det te fratrem. VIII.
meum sugentem ubera matris
meæ. ut inveniam te foris. et de
osculer te. et iam me nemo despiciat.
apprehendam te et ducam in domum matris
meæ. et in cubiculum genitricis meæ.
Ibi me docebis. et dabo tibi poculum ex
vino condito. et mustum malorum granatorum
meorum. Sinistra eius subcapite meo. et dex
tera illius amplexabitur me. Adjuro
vos filiæ hierusalem. ne suscitetis neque e
vigilare faciatis dilectam donec ipsa
velit. Quæ est ista quæ ascendit
de deserto deliciis affluens. innixa super
dilectum suum. Sub arbore mali suscita
vi te. ibi corrupta est mater tua.
ibi violata est genitrix tua. Pone
me ut signaculum super cor tuum. et
ut signaculum super brachium tuum.
quia fortis est ut mors dilectio. du
ra sicut inferus æmulatio. Lampa
des eius lampades ignis. atque flam
marum. Aquæ multæ non potuerunt ex
tinguere caritatem. nec flumina obru
ent illam. Si dederit homo omnem
substantiam domus suæ pro dilectione. quasi
nihili despiciet eam. Soror nostra parvula.
et ubera non habet. Quid faciemus sor
ori nostræ in die qua allocuta est. Si mu
rus est. ædificemus super eum propug
nacula argentea. Si ostium est. con
pingamus illud tabulis cedrinis. Ego
murus. et ubera mea sicut turris. ex quo
facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vi
nea fuit pacifico in ea qui habet plures.
tradidit eam custodibus. Vir affert
pro fructu eius mille argenteos. Vi
nea mea coram me est. mille tui
pacifici. et ducenti hijs qui custodi
unt fructus eius. Quæ habitas in hor
tis amici auscultant. fac me audi
re vocem tuam. fuge dilecte mi. as
similare capreæ hinnulorum cervorum
super montes aromatum.

Debet hic. Ille mi salomonis. unde patet p pa
tria qui gra cas.